



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 20. Principium 20. Privilegium meretur amittere, qui permissa abutitur  
protestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

§. XX.

PRINCIPIUM XX.

Privilegium meretur amittere, qui permiffa abutitur potestate.

*Sensus.*

Hoc est, qui Privilegio suo, aut alia potestate utitur in eo, in quo illi vel à concedente, vel à jure, vel ab ipsa ratione talis usus concessus non est, meretur, ut dictum privilegium & potestas ei penitus auferatur.

*Authoritas.*

Desumptum est ex cap. Contingit 45. de sent. excomm. cap. ut privileg. 24. de privileg. illudque refert, & apud Barbosa axiom. 190. n. 3. cum multis aliis.

*Ratio.*

Quia, cum Privilegiorum concessio ad utilitatem Privilegii, & interdum etiam ipsius boni communis ordinetur, cum cessante hac utilitate tanquam causa, ipsum etiam Privilegium velut effectus illius cessare dicitur. Unde & in c. de Transact. l. penult. dicitur: Ex eo non deest fructum consequi, quod nifus est impugnare.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Episcopum, qui alium invitum ordinavit, ab Ordinationis potestate esse suspensum, uti in cap. 74. deciditur.

Deducitur 2. Religiosos, si tempore Interdicti sapius accesserint templum, quam eis per Privilegium concessum fuit, ut omnino illis adimatur, uti in cit. cap. ad privil. deciditur.

Deducitur 3. Eum, qui in ipsa Ecclesia committit hominem, aut mutilationem membrorum, non gaudere immunitate Privilegio, uti colligitur ex cap. fin. de immun. Eccl. Etiam in c. de Theologi tenent, teste Ferd. de Casto p. 2. d. unic. pa. 9. n. 7.